



BU Kp
8

Y 9 4 8
G 11

THESES INAUGURALES ^{42.}
MEDICÆ ⁴²

Quas

ADJUVANTE DIVI-
NO NUMINE

Ex

Decreto & Autoritate

NOBILISSIMÆ ET CELEBERRIMÆ
FACULTATIS MEDICÆ

IN ILLUSTRIS UNIVERSITATE

MARPURGENSI.

PRO LICENTIA

Summos in Arte Medica honores &

privilegia Doctoralia legitimè consequendi

Publico DNN. PROFESSORUM *Examine submittit*

JUSTUS RIESE,

HASSO-GASSELLANUS.

Ad diem 11. Augusti anni 1681.

Horis locoque consuetis

*) (******) *)

MARBURGI CATTORUM,

Literis JOHANNIS HENRICI STOCKENII.

THESES IN ANATOMIA
AD IVVA NITTE DIVI
MONTANI
D. MONTANI
D. MONTANI
FACULTATIS MEDICAE
IN UNIVERSITATE
MARTURGENSI
PRO LICENTIA
Summus in Medicinae honoris &
Magistri Doctoris in Medicinae
P. MONTANI PROFESSORUM A. MONTANI
IUSTUS RIESER
HASSO-CASSELLANUS
Lectur. in Anatomicis
Hortus botanicus
Lectur. in Anatomicis
Lectur. in Anatomicis
Lectur. in Anatomicis





I.
OMnia trina sunt, & trina una.

II.
Omnia ex sale, sulphure & mercurio.

III.
Dari Mercurium Philosophorum facile evinci
potest.

IV.
In Sole & Sale omnia.

V.
Nullum principium finitur nisi in suo princi-
pio.

VI.
Sale deficiente deficiunt omnia.

VII.
Alchymia ostendit maximam esse corruptio-
nem in sublunaribus.

VIII.
Qui metallorum transmutationem & famo-
sum illum lapidem Philosophorum inter
non entia referunt malè philosophantur.

IX.
Aurum nisi radicaliter solutum absq; effectu
in corpus assumitur.

X.

Vera Solis tinctura ipso auro pretiosior magnum est in magnis morbis medicamentum.

XI.

Æternæ veritatis manet effatum Trismegisti quod est superius est sicut id quod est inferius.

XII.

Signaturæ rerum qualitatum & virtutum indices sunt.

XIII.

Medicamenta chymica, ut ut malè multis audiant videntur tamen reliquis tutiora magisque appropriata.

XIV.

Qui Astrorum influxum negat nec Macrocosmum nec Microcosmum cognoscit.

XV.

Medicus non chymicus, non est Medicus.

XVI.

Mercurius vulgi certo respectu esse potest mercurius philosophorum.

XVII.

Mercurii humiditas omnium rerum mater.

XVIII.

XVIII.

Multi morbi generantur phantasia, ergo imaginatione morbos curari non est impossibile.

XIX.

Hinc fit quod in verbis magna lateat virtus ad morbos curandos, quando quidem verbis imaginationem admodum afficere possumus.

XX.

Propterea non citra rationem dicit Helmont. quod in verbis, herbis atq; lapidibus magna lateat virtus.

XXI.

Hepar sanguificare Galenismum sapere mihi videtur.

XXII.

Sanguis qua sanguis corpus nostrum non nutrit.

XXIII.

Lac non ex sanguine sed ex chylo.

XXIV.

Absq; corpore seminali nulla fieri potest conceptio.

XXV.

Ad genituram manifestè concurrunt spiritus animales.

A 3

XXVI.



XXVI.

Infantes in utero nulla indigent respiratione.

XXVII.

Embryo carere potest spiritibus animalibus
& vitalibus activis.

XXVIII.

Foetus nutriri sanguine materno phantastica
est affirmatio.

XXIX.

Foetus in utero non tantum per vasa umbilica-
lia sed etiam per os nutritur.

XXX.

In annio nihil urinæ & excrementorum con-
tinetur.

XXXI.

Alimentum etsi dissonum sit rei nutriendæ al-
teratione tamen simile fit.

XXXII.

Qui Veteribus adhæret, Veteribus etiam erro-
ribus adhæret.

XXXIII.

Penis rigiditatem in orgasmo spiritibus ani-
malibus in tendinosa substantia residenti-
bus unice adscribimus.

XXXIV.

XXXIV.

Inter mammas & muliebria maxima est correspondentia.

XXXV.

Intumescencia abdominis in febribus tempore paroxismi non à succo pancreatico & bile invicem effervescentibus.

XXXVI.

Principium mortis supervenit naturæ per peccatum.

XXXVII.

Morbos ex ente Deali ortos causantur nostra peccata per quæ Deus irascitur.

XXXVIII.

Atque ita benè cum Helmontio possum dicere morbos oriri vel ex ente Deali, vel ex ente naturali, vel ex ente astrali, vel ex ente spiritali, vel ex ente venenato seu venali.

XXXIX.

Febris causa immediata dependet ab impressione idearum peregrinarum in nostro spiritu.

XL.

Multi morbi viduarum & virginum sine medicamentis curantur.

XLI.

XLI.

Sterilitas aliquibus in casibus bene V.S. curari potest.

XLII.

Ni homines jugulare volumus, illis V.S. non adhibere debemus absentibus viribus.

XLIII.

Saturnus & ♂ omnium morborum causæ.

XLIV.

Qui sola V.S. & purgantibus patientes curare nituntur non merentur nomen Medici.

XLV.

Mulierem menstrua nunquam passam, concipere posse firmiter statuo.

*Je vous le sçay,
par experience
il est vray, ou
en particulierement
à Rinteln.*

F I N I S.

01 A 66 06

ULB Halle 3
002 937 204



sb.

V 17





